

3041.

1334 d. 4 Mars.

Stockholm.

Konung MAGNUS upplåter åt Gisle Elinason, såsom pant för 6427 mark penningar, all konglig upp-
börd, med undantag af ensaksböter, inom Tierps och Wåla härader jemte kungsgården Husby i Tierps
härad och gods på ön Singö, med vilkôr att årligen 500 mark skola afkortas på skulden.

Vidim. afskr. på perg. i Univers. Bibl. i Köpenh. *)

MAGNUS dei gracia Rex swecie et Norwegie Omnibus presens scriptum
cernentibus salutem in domino sempiternam Nouerint vniuersi quod dilecto
et fideli nostro. domino gisloni ælinæson pro sex millibus marcharum dena-
riorum et quatringscentis viginti septem marchis denariorum sweue monete in
quibus sibi tenemur obligati. omnes et singulas exactiones nostras in tyarpa-
hundære necnon curiam nostram ibidem. dictam Husaby cum molendinis aliis-
que adiacenciis suis omnibus Jtem omnes exactiones nostras in valæhundære.
necnon omnia bona nostra in insula singæ cum eorum pertinenciis. Excepta
tamen causa nostra ensak in premissis omnibus emergente titulo pigneris as-
signamus. Tali condicione prehabita quod a predicta pecunie summa quingente
marche denariorum defalcari debeant annuatim Nec ab ipso vel heredibus
suis ante totalem euacuacionem eiusdem summe. exactiones vel bona vllatenus
reuocabimus supradicta. Quocirca volumus et firmiter precipiendo mandamus.
quatenus eidem domino gisloni vel substitutis ab ipso. de premissis omnimoda
reuerencia et obediencia inpendatur. In cuius evidenciam sigillum nostrum
et sigilla matris et sororis nostrarum karissimarum Necnon venerabilium. pa-
trum. dominorum Archiepiscopi vpsalensis et suffraganeorum eius Aliorumque
consiliariorum nostrorum presentibus sunt appensa. Datum stokholmis Anno
domini Millesimo CCC^o. trecesimo quarto feria sexta proxima ante domini-
cam letare.

3042.

1334 d. 4 Mars.

Stockholm.

Riddaren MAGNUS BENGTTSSON gifver till S. Clara kloster i Stockholm, vid sin dotters Ingeborgs inträde
i klostret, ett markland i Hidinskelf i Husby Ærnavi (Långhundra) socken.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presentes litteras inspecturis. MAGNUS BENDICZSON miles illustris
regis swecie et norwegie salutem in domino perpetuam et presentem Tenore
presencium notum facio vniuersis quod vnam marcham terre in villa hidhin-
skieluum. parrochia. husaby hernæui. per me quouis iuris et iusticie titulo acqui-
sitam. cum suis adiacenciis. et pertinenciis quibuscumque. ad monasterium

*) Intagen i en vidimation på perg. af Domprosten Lars och Kaniken Rutker i Upsala, dat. Upsala
d. 1 Februari 1352.

beate clare virginis. stokholmis. et vsus communes conuentus eiusdem. ad introitum ibidem filie mee predilecte jngeborgis necnon et religionis. seu ordinis ingressum. rite. pure et simpliciter. confero per presentes abdicata michi. et heredibus meis. ac successoribus quibuscumque. omni facultate. predictam terram. quouis sinistre machinationis ingenio. jn posterum reuocandi, Jn cuius evidenciam. sigilla virorum nobilium dominorum. Benedicti boson. patris mei predilecti. Gislonis ælinoson. et vlphonis abiornæson. vna cum proprio. ad mei instanciam. presentibus sunt appensa. Datum stokholmis. Anno. domini. M^o. CCC^o. XXX^o quarto. feria sexta. ante dominicam. letare jerusalem.

På frånsidan: Jn villa hidhinskelff parachia(!) husaby hernæwi.

Sigillen: N:o 1, Magnus Bengtssons (sköld delad i längden, i venstra delen 2 snedbjelkar); N:o 2, Bengt Bosons (likt föreg.); N:o 3, Gisle Elinasons (hjälm med plymer); N:o 4, Ulf Abjörnssons (sparre).

3043.

1334 d. 6 Mars.

JOHAN HEMMINGSSON lemnar ett markland i Lundby i Husby Ærnavi (Långhundra) socken som pant för 135½ mark penningar, som han lånt af Kaniken i Upsala Lars af Wallentuna, att betalas den 11 November.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus christi fidelibus presens scriptum cernentibus, JOHANNES HÆMIGSSON salutem in domino sempiternam, Nouerint vniuersi me discreto viro domino laurencio, de walandatum, canonico wpsalensi, debere et legitime teneri centum triginta et quinque marchas cum demedia(!) denariorum ex causa puri mutui, michi per ipsum dominum laurencium facti in pecunia numerata quam quidam(!) summam pecunie promitto me soluturum bona fide, in festo beati martini nunc proximo futuro omni impedimento amoto, tradens eidem laurencio, pro dicta summa pecunie, vnam marcham, terre in lunby parochia hwsaby hærnauai pro pgnore [o:pign-] cum domibus et omnibus adinentibus nullo excepto sub condicione que sequitur videlicet quod si predicta marcha terre per me vel meos non fuerit resoluta vel redempta in termino prefixo volo quod eidem domino laurencio et heredibus suis cedat perpetuo possidenda et renuncio omni excepcioni que michi competere possit doli fraudis vel cuiuslibet alterius generis per meum iuramentum, Et si predictam marcham terre euinci vel quomodolibet impediri contingat volo quod loco eiusdem cedat vna marcha terre in gnystæ parochia vaxald. iure quo supra eidem domino laurencio perpetuo possidenda, Jn cuius rei testimonium siggillum meum vna cum siggillis discretorum virorum domini laurencii, de ringbohæradæ olauai de lødambæ et petri olapsson(!), Datum anno domini M^oCCC^oXXX^oIIII^o Jn dominica Letare.

Sigillen: Johan Hemmingssons (skölden delad på sned, i hvardera delen en motvänd kask); N:o 2 (... pri filii In:givaldi) andligt; N:o 3, 4 borta.